Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De Methoposcopia Astronomica

Finella, Filippo

Antuerpia, 1650

De Trigesimo Scorpionis Gradibus. Cap. 11

urn:nbn:de:bsz:31-95557

Visual Library

30

Facit homines vitioſos, trapulatores, mendaces, loquaceſq; at beneficarum ſtellarum aſpectus, ſi gradus ipſi non receperint, tunc violenta morte peribunt, aſcendens in Libra optimus pro Aſtrologis faciendis, poetis, eoſq; in occultis facie peritos ſcientijs; Mercurij, Veneris, & Martis, eſt horum graduum ſtella naturæ.

De Trigeſimo Scorpionis Gradibus.

Caput XI.

Signum eſt fixum, fęmineum, domuſq; Martis, eius frigida humidauè eſt natura, vt aqua, hoc nullam ſuſcipit exaltationem ſignum, illud agreditur Sol 21. die Octobris, moramque ibi facit ad 21. diem Nouembris

vſq; ac 30. dierum ſpatio eorum hoc Sol perficit ſignum, cuius ſignificata ſunt.

1

Primus iſte gradus Scorpionis in aſcendente, denotat homines, incantatores, qui verbis hominum dolores mitigabunt, infirmitateſq; qui gradus, fortunatorum Planetarum beneficum ſi detempſerit radium, fortunati fuerint, ſi annexum habuerit cum malo aſpectu Martem, vel Saturnum, inepti, & cum omnibus infortunati erunt, quæ in huius gradus prædominio eſt ſtella Martialis eſt.

De-

2

Deformis aſpectus hic ſecundus gradus figurat homines, eo magis ſi ibi fuerit Mars, vel Saturnus cum oculo turbato, at Iuppiter, vel Venus illos ſuſcitat pulchros, & parum eis nocere poſſet gradus, quoniam benefici Planeti præſentia graduũ quemq; contemperat malignum influſſum; huius gradus ſtella Martialis, & Mercurialis eſt naturæ.

3

Homines portendit laſciuos, leueſq; erunt nani, curui, & deformes, quare riſu digni fuerint apud homines, eoq; peiores, quò Marti hi gra dus appropinquabuntur, vel Saturno; verũ ſi Iouem ſuſceperint, vel Vènerem prædictas refugẽt indicationes malas, Martis, & cum Mercurij natura eorum ſtella coincidit.

Erunt

4

Erunt hic,paruæ altitudinis,malæ corporis ſimetriæ,quaſi nani, at cum Regibus,& magnis dominis fortunatiſſimi , quibus benigni Iouis oculi,vel Veneris , magnos exhibent Regum, dominorumq; fauores; Mars aut Saturnus, illos denotat turpes , & ineptos, Veneris,& Mercurij naturæ eſt ſtella eorum.

5

Gradus iſte timoroſos multum Dei , proſſimiq; amatores docet homines , cum tamen Luna in eius benè erit recondita figura,tunc nobilis animi,iuſti, & pij fuerint, multoſque habebunt filios , quorum decorabilia, & illuſtria erunt matrimonia,idonei in interpretrationis exercitio , & ſecunda fruentur fortuna , Iouis vero præſentia , vel radius benignus, illos permiſtit computiſtas , ſecreta-

rios

rios,atque Regum, magnorumque dominorum rationales, quamobrem, euadent nobiles,ac magnas acquirent amicitias, Veneris ſtella hæc,& Mercurij naturam ſequitur.

6

Sacerdotes hic inclinantur homines, at antequam Sacerdotes fiant, vxores habebunt,& liberos,in quorum natiuitate,niſi Iuppiter fortis aderit in quinta cęli domo, propter iram principum peribunt, ibi vero ſi Mars erit, vel Saturnus, præſcribit,quod nunquam permittat Altiſſimus,veruntamen in aſcendente Iuppiter, dignitatibus eorum decorabũtur filij, Veneris,& Mercurij naturam habet hæc ſtella.

7

Homines ab ſanimalibus mordendos eſſe ferocibus hic gradus ſignificat, verum duarum fortunarum benefici radij ſi haud habuerint, indè perire poſſent, quæ tanto erit mors peior, quãto propinquiores fuerint Marti, vel Saturno, vel illorum aſpectibus maleficis, naturæ Martis, & Saturni eſt horum graduum ſtella.

8

In m[illegible]tis verſatos meccanicis artibus homines iſte ſignificat gradus, qui cum Iouis, vel Martis benefico carebit oculo, & turbato infortuniorum radio à venenoſorum ſerpentum morſu mortem recipient, quæ hic dominatrix inuenitur ſtella Saturnina, Martiaiſq; eſt.

Or-

9

Ortulani erũt homines, hyq; gradus ſi infortunia receperint, vel radios illorum maleficos, tunc miſeri, inepti, ac malo reſpecti oculo fuerint, quem aſcendentem gradum, cum vna ex fortunis benigno aſpexerint oculo, oppoſitum nunciabit, Martis, & Saturni naturam eorum ſuſcipit ſtella.

10

Gradus hic decimus in iuuentute, hominibus pręſtat mortem, at cũ Iouis, vel Veneris pręſentia, vel amanti aſpectu, haud in hac morerentur ætate, ſed in eorum ſenectute; e contra ex infortuniorum malefico aſpectu, ita in his gradibus, vt cum luminaribus ſupponitur, nam illos repentinæ, & violentæ ſubijcit morti, Veneris, & Martis naturam eorum habet ſtella.

11

Diuinum habentem ingeniũ hic gradus prædicat hominẽ imò venerabilem, & veridicũ, Sacerdotem bonæ cõſcientiæ optimorumq; morum, tamen cum Ioue prælatus erit, vel maiori aliqua decorabitur dignitate, quod quoque à Ioue per trigonum, aut exagonum promictitur, veruntamen Mars, vel Saturnus per tetragonum, vel ſeptimum quemlibet ſuam, ſecundam dimictet fortunam, cumque tandem, beneficis, maleficiſque priuabuntur aſpectibus, vt ſupra dictum fuit, erit Iouis, & Veneris horum ſequitur graduum ſtella.

12

Eccleſiarum fuerint homines ſerui,eaq; ſacra pertractabuntur, quæ ad templa ſpectant, infauſtam enim nunciat mortem Mars, miſeram Saturnus, ſi Iuppiter, & Luna, vel Iuppiter, Venuſq; fortunam ſecundam, Iouis,& Veneris eſt naturæ ſtella.

13

Multum proponit ſtudioſos homines, Lunaq; in his gradibus in cardine aliquo,tunc mortis ſententiarum fuerint iudices,quotieſcunq;tamen Iouis,vel Veneris hi gradus de pauperantur aſpectibus benignis, tunc maioribus fruentur exaltationibus, ſi vero maleficè à Marte,vel Saturno irradiabuntur, nunc in aquis immerſi, & de repente erunt occiſi.

Ho-

14

Homines hic gradus ſuppponit inſanos, & in eorum actionibus inſtabiles, indociles, incapaceſq; tamen cum Marte, ab alto moriēdi cum periculo cadebunt, cum Saturno, illos vexabitur curia, verum Iuppiter, vel Venus, tales bonæ doctrinæ ingenijq; perſpicacis docet, eruntq; tantum, vt ſupra, ſi probo, maloq; carebunt, radio, cum Iouis, & Mercurij natura horum graduum ſtella coincidit.

15

Hic erunt pigri homines, ſomnolenti, otioſi, & ſine arte, vel vllo, duo his, infortunia, vel vnū cum Mercurium malefice radiabit, & Lunam, magis peſſimorū fuerint morum, verum in bono aſpectu Iuppiter, vel Venus, non ſolum gradus malignitatem contemperabit verum illos fortunatos, & ab omnibus ama-

tos

tos reddit, quam habent ſtella; eſt naturæ Saturni, Martiſque.

16

Furnarios hic gradus inclinat homines, hoſq; ſi Iuppiter, vel Venus radiabit benignè, erunt felices multopere, ſi Luna cum fortunatis fuerit Planetis in bono aſpectu, non ſolum, vt ſupra, verum magnæ potentiæ euadent Iudices, Mars in locis infimis, carnifices, vel cladiatores, & vt clarius loquar, occiſores hominum, Martis, & Saturni naturæ eorum cõprobatur ſtella.

17

Homines hic gradus docet aurifices, vel de auratores, res aureas pertractantes, cum vero gradus iſti Iouem, vel Venerẽ habuerint comitem, erunt fortunati, quod promittitur quoque ab illis, ſi per trigonum, vel hexagonũ

fuerit cum gradu aſcendenti, ſi Martem, vel Saturnum turbatum habentem oculum, Lunamque in ſeptima repentinus eorum fuerit interitus, Saturnis, & Martis habet hæc ſtella naturam.

18

Quemcumq; hic decimus octauus gradus beneficum detempſerit radium, erunt fortunati homines, at infortunati, & violenta peribunt morte, ſi nempè ab irrationalibus beſtijs, ſi malos receperint Martis aſpectus, idem cum natura Saturni, & Martis eorum eſt ſtella.

19

Natos inclinat optimi ingenii, at ſi Luna, in proba fuerit ſituatione collocata, feliciter viuent, ſi aſpectus ſuſceperit is gradus beneficos Iouis, magni fuerint homines nominis, imò principibus, magniſque Dominis reddentur ſimi-

mi-

miles, maleq; moriendi ſubijciuntur periculo,ex eorum inimicorum conſilio,quandoq; in vnum ex infortunijs deducetur aſcendẽs, tunc prędictum moriendi habent periculum, qui optime fuit conſideratus gradus meæ iuuentutis tempore in figura quadam, quam erexi cum gradu 19.Scorpionis.

20

Præſcribit natos, inuictos valoroſos, potenteſque exercituum ductores, infinitaſq; expectabunt victorias ſi iſte gradus, vnam ex duabus detempſerint fortunis: quòd ſimiliter docet, cũ benefico oculo fortunæ ipſe aſcendentem aſpexerit, virtutes poſſidebunt Regum illis æquales, veruntamen ſi benigno carebit oculo,& male inſpicietur ab illis, tunc propter eorum dignitatem maximam, ab eorum Regum obedientia ceſſabũt alteriq; ſeruient,ob quam temeritatem, atq; audaciam,ex infortunio obibunt,ſi quæ liberos habebunt patris cauſa à Regum ſententia recipient mortem, tandem amans Iouis oculus,influſſum quemque repellit malignũ,

cum Mercurij natura eorum accomodatur ſydus.

20

Piſcatores hic fuerint homines, ſpogias, conchyliaque marina deſument, quo viuent officio, cum hoc vigeſimoprimo gradu configuratus eſt Scorpionis dexter pes, cumque ſiniſter erit in aſcendente, illos venenoſa mordent animalia, vel ab animalibus cadet quadrupedibus, ex quo caſu peribunt; tertio pede in aſcendente, libidinoſi erunt multum, ob quod vitium, malo eorum iuuentus afficietur nomine, quos tēperat inclinationes malignas cum benigno oculo Iuppiter in talibus gradibus aſcendentis, & fortunati fient; horum ſydus Saturni, Martiſq; naturam demonſtrat.

22

Agrorum cultore hic nati erunt, idq; quoniam pes adeſt ſiniſter, ſi cũ ſecundo à beſtijs mortem detrahent, ſi quæ cum tertio erunt conſortes, ſi cum quarto inimici illos capient, & tãdem à beſtijs mortem recipient in locis aqueis, cui ſi Iuppiter aderit, vel aſcendentem benigno oculo inſpexerit ex omni euaderent inclinatione malefica, & terribili periculo; Saturni, Martiſq; naturæ eſt ſydus hoc.

23

Reddit felices, & fortunatos homines hic gradus, qui ſi Martem detempſerit, vel Venerẽ, diuites fuerint, & fortunati vxorum cauſa, longeui erunt, & fortunati, Iouis, & Mercurij eorum ſequitur ſtella.

24

Homines facit natura timidos,& parumper inſanos , ſi quæ fortunarũ is gradus beneficis haud fruetur aſpectibus,omnino erunt mẽtecapti , eorum occident fratres, & proſſimos,& vltimo ignominioſa afficientur morte , eorum dominatrix ſtella cum natura Saturni,& Martis coincidit.

25

Parũ fortunatos hic gradus præſcribit homines, qui ſi Iouis benignos , vel alicuius ex fortunis non habuerit radios in octaua , violenta tunc morerentur morte , ſi Martem receperit,aut eius malignum oculum , tunc combuſti morientur , quod hos ſequitur ſydus eſt naturæ Martis.

26

Reddit homines probos, & excellentes oratores, Phyloſophos, & Medicos, hi ob eorum labores, & ſtudia, famam honores, gloriaſquê acquirent, qui ſi præſentiam alterius ex fortunis ſuſcipient, erunt eorum patri legati, ſeu nuncij, ſi loco illorum infortuniorum inuenientur radij malefici, erunt eorum principum offenſores, quamobrem infortunate peribunt; horum ſtella naturæ Martis eſt, & Saturni.

27

Docet hic gradus natos, futuros eſſe amabiles, quandoque Iouis ſubſtinuerint, vel Veneris præſentiam, erunt diuites multum, iuſti, & lõgeui à mulieribus amabuntur multum, & tẽpore creſcente eorum multiplicabuntur felicitates, abſq[illegible] eo, quod requirantur ab illis, augebuntu[illegible] quoque in illorum iuuentu-

te honores dignitateſq; quibus ſi fuerit Martis, vel Saturni præſentia, vel per Quadratum, aut Oppoſitionem erunt, illis tunc decidet oppoſitum; horum ſtella Martis, & Saturni naturæ eſt.

28

Homines oculos habentes tortuoſos, qui illis non multum dedecent, & aliquantulum negligentes in hoc gradu ſuſcitantur, attamen Martis præſentia, ſanguinis illos ſubijcit effuſioni, alijſq; phreneticis atq; indignis actionibus, Lunaque ſi Marti maleficos ſuos tribueret radios, tanto erunt illi peiores, & furioſi, idem cum natura Saturni, & Mercurij eſt illorum ſtella.

29

Docet futuros natos; doctos, ſapienteſque ex primis aduocatis erunt, verum Iouis; vel Veneris, aut Mercurij præſentia, legatis fuerint Regum, & magnorum Principũ, in quibus erunt exercitijs periti multum, quoniam cum eorum dominorum voluntatibus conformabuntur, qua propter munera ſuſcipient multa, qui ſi Iouis carebit gradus aſpectu à bulceribus vexabuntur; dominatrix horum ſtella eſt naturæ Saturni, & Mercurij.

30

Vltimus, ſeù trigeſimus hic gradus facit homines laborioſos, qui facile venena exhibebunt, vt alios occidãt, eorum magiſteriorum cauſa peribunt multi, malitioſi, impij, mali, atq; mendaces fuerint, quibus ſi fuerit gradibus Mars, erunt venatores, & de repente peribunt, at ſi à dextris Scorpionis erit vulpis,

& à ſiniſtris Cinus cephalus, fient audaces, & futura præſcribent, libenterq, vaticinabuntur, qui in vulpe naſcentur, erũt malitioſi multum, audaces perſpicaces, maliq; atq; animoſos ſemper habebunt comites homines pro eorum auxilio, verum Saturnus, cuſtodes monumenti, & deceptione moriendos portendit, qui nati in Cino cephalo fuerint, mali erũt corporis habitus, ſterileſq; & tandem mala morientur morte; naturæ Saturni, Mercurijq; eſt hæc ſtella naturæ.

De Trigeſimo Sagittarij Gradibus.

Caput XII.

HOc Sagittarij maſculeum eſt ſignum domus Iouis, igneæ naturæ, nempè calidum ſiccum, & ob ſuam proprietatem, cõmune eſt ſignum, in quo dragonis exaltatur capud, illud agreditur Sol die 21. Nouembris, atq; gradum ibi ſiſtit vſq; ad 21. Decembris, quos indicat effectus dum aſcendit in aſcendente ſunt videlicet.

Pri-